



\*

Magnifice Vniversitatis Domine Rector,  
 Divini Humaniq; Juris Antistites Sanctissimi,  
 Valetudinis Humanæ Præsides Experientissimi,  
 Sapientiæ Doctores Excellentissimi, Celeberrimiq;

*Domini, Patroni, atq; Præceptores*

*cumulato, & circumspècto honoris cultu  
 æternùm mihi maclandi!*

Clarissimi, Nobilissimi, Doctissimi, Humanissimiq;

Domini Commilitones,

*Fautores æstimatissimi,*

*Amici dulcissimi!*



Undum quotidiè fieri deterio-  
 rem, omnip. rentis terræ propemodùm effœtam al-  
 vum cuncta indies minora infirmioraq; gignere,  
 ne sideribus quidem eundem fulgorem, ean-  
 demq; vim manere, sed ipsos etiam cœlos ad in-  
 star vestimenti veterascere (I.) omnesq; hebe-  
 scentis naturæ partes tacito langvore corrugari, steriliq; senio  
 fatiscere, ac veluti lentâ quâdam tabe consumi, jam olim per im-  
 prudentiam, aut poëtica schemata temerè jaclatum, a videq; ex-  
 ceptum & vulgatum, adeò pertinaces in mentibus hominum ra-  
 dices fixit, ut nullâ ratione evelli, atq; averruncari posse videa-  
 tur. Si quidem non tantùm in Macrocosmo, sed & in Micro-  
 cosmo occultum hunc virium defectum, fatalemq; langvorem  
 agnoscunt incauti isti rerum Censores, clanguntq; nos, cùm  
 B corpo-

I.

B

corpo-